

Etione roboratur. Et frequenter regni firmamentum, ac stabilitatem in Scriptura per cornu significatur...

1. Reg. 16. 3. Reg. 1.

1. 9. Ribeira, Pereira, Cornelius, Tyrinus, Celada.

150.

Plus Deus vigilat, & tuetur homines quam ipsi super se metipsos.

151.

S. Hilar.

Psalm. 129.

Psalm. 33.

Angeli dicuntur aures, & oculi Dei, pro nostra salute Philo.

Post grande peccatum adorationis vituli conflat, ait Deus Moyse, loquere filiis Israel, populus dura cervicis es...

152.

Exod. 34. Cajet. Hug. Victor.

D. Anselm.

Angelorum custodiam nostram, & protectio.

153.

Luc. 11.

Hug. D. Basilus. Per ministerium Angelorum arma, & spolia diaboli destruntur.

Apoc. 5. n. 7. Et Venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum.

VERSIONES.

Syrus. Ut venit, & accepit librum de dextera eius, qui sedebat in throno. Arabicus. Is veniens accepit. S. Cyprian. Et accepit de dextera Dei sedentis.

EXPOSI

EXPOSITIO VII.

154.



Hic venit, scilicet Agnus, qui apparebat stans tanquam occisus; & venit ad thronum nempe Dei, in quo antea non erat: Et accepit. Cum hic Agnus non sit verus & realis, sed symbolicus exhibens se Ioanni in visione, accepit quidem librum non manibus, sed pedibus...

QUESTIO XVIII.

Quare Agnus accedens ad thronum Dei non de sinistra eius accipit gloriam, & divitias; sed tantum de dextera librum mortis, & Passionis sue?

155. Verus Rex habet thronum, non ut sedeat, sed ut suos tueatur.

IN hac visione vidit Joannes quod Agnus accederet ad thronum Dei sedentis, & quod accepisset librum, illumque aperuisset, ut quae omnia non fiebant revera, nec re ipsa gerebantur, sed tantum symbolicè in visione, Angelus revelans Apocalypsim Ioanni. Haec symbola in eius phantasia pingebat, ut sibi videretur clarè intueri thronum, quatuor animalia, seniores, & Agnum accedentem, qui librum accipit; & ex meritis suis aperuit. Accessit Agnus ad thronum, non ut purpura ac coronâ fulgeret, sed ut librum mortis & Passionis aperiret, & amque adimpleret. O Magne Rex & Princeps, qui venit ad thronum non ut sedeat, ac ut purpura & corona resplendeat, sed ut pro suis vitam ac sanguinem profundat?

156. Si moritur undò ad eum venit, & ab eo saluatur.

aul. Oros.

157. Difficultas passionis. 1. ov. 3.

Deut. 33.

Venit Agnus, & accepit de dextera sedentis. Stabant in hoc confensa viginti quatuor seniores, quatuor animalia, & Agnus stans tanquam occisus. Cur ergo solus Agnus sic supereminet, ut ipse solus ad thronum accedat, librum accipiat, & aperiat? solus Agnus apparebat ut occisus? Vidi Agnum stantem tanquam occisum ut denoteretur quod ille, qui mundo moritur ac occiditur, valeat ad Deum accedere, magnaque gloria ac victoria, ab eo sublimati ac extolli Paul Oros. lib. de libero arbit. Agnus Dei, ait, sicut accipiat librum, de manu Patris, profert stemmata Passionis, non iudicans perpetratam nisi in morte, & resurrectione victoriam.

Quaestio tota est, quare in praesenti Ioannes dicat quod Divinus Agnus, venit & accepit de dextera sedentis in throno librum. Sedens in throno est Deus Pater, de quo Sapiens, Prov. 3. n. 16. ait. In sinistra eius divitiae & gloria, & c. de quo Moyles Deuter. 33. n. 2. scribit, In dextera eius ignea lex. Tamen Divinus Agnus cum ha-

beret in oculis, quid Pater in manu dextera, quod in sinistra contineret, librum expetit, & librum excipit. Ad quaestionem praecclare respondet Rupertus lib. 4. in Apocal. Cum in dextera sedentis ignea sit lex, quae est iste liber, in sinistra vero illius divitiae & gloria, valde notandum est, quia veniens Christus in hunc mundum, nihil divitiarum, aut gloria de sinistra; sed tantummodo librum, sive igneam legem, accepit de dextera. Bonum exemplum cunctis praebens, & credentibus in se, nihil divitiarum, aut gloria voluit, aut quaesivit in hoc mundo, tantummodo meditari in lege Domini die ac nocte, tantummodo librum de dextera dignatus est accipere, intendens aperire illum, & solvere signacula eius. Quae verba altius per varias considerationes sunt examinanda.

Primo, cur ergo caelestis Agnus nihil de sinistra praesumpserit, sed solum librum de dextera accipit, cur non ad divitias & gloriam, quae erant in sinistra festinat, sed tantum in librum festinat ad legis? Nihil divitiarum, aut gloria voluit, aut quaesivit in hoc mundo, tantum meditari in lege Domini. Temporalia bona sinistra manus continebat, inde ad sola spiritualia dextera Agnus festinabat; temporalia contemnenda, & sola spiritualia aestimanda: pro qua re maxime facit merus ille Pharaonis; formidabat ille maxime sibi, & regno sui Aegypti a captivo populo Israelita, & quid timebat? Ipse explicat latrapis suis; Timeo ne populus ille in nos rebellet, Expugnatisque nobis egredietur de terra. Exod. 1. numero 10. O praeclearus timor à gente sancta: Timebat Rex vaser post universi Aegypti expugnatione Israelitarum ab Aegypto egressum, Rupertus. Ubi ut acutè, & pulchre ait Rupertus, Non addit expugnatis nobis egredietur de terra. Unde talis cogitatio, qui terram, regnumque aliquod expugnant, ibi figit tentoria, ibi sedet, labores manuum suarum manducaturus. Sic universi, qui regna expugnarunt, illis manserunt laute regnantes. Cur ergo non timeret Pharaon, quod captivi & peregrini homines, expugnata terra Aegypti ibi incolerent, & domini facti manerent? Talis erat Dei populus, & tanta superioris promissionis, ut de illo non possit suspicari, quod remaneret inexpugnata terra, sed mille bellis, mille periculis, largo sanguine, terram despiceret, de illaque egredere, & in aliam superiorem transiret.

Rupertus:

158. Christus commisit temporalia, & spiritualia.

Exod. 1.

Iustus quaerit spiritualia, & contemnit temporalia.

159.

Potius sit in mente obliatio officii, quam mansuetudo.

160.

Rupertus. Scientia de libri Scriptura placet Deo.

D. Greg.

D. Chryf. Scriptura epistola mifsa a Deo.

Luc 4. Disputatio de sacris literis utilisima. Matth 22.

Daniel 1.

Maximè studendum in sacris libris.

Lyran

Pfalms 136.

Omnis prophana doctrina comparata cum sacra doctrina evanescit.

D. Aug.

sancta ait, nisi quaedam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam. Et Divus Chryostomus homilia 2. in Genesim ait. Quasi longè absentibus litteras mittit conciliaturus sibi naturam universam hominum.

Ex quo maximè debemus versari ac occupari in studio sacrarum literarum, in librisque sacris evolvendis, ac habendis præ manibus, ad quos nos pro nostra eruditione Christus Dominus suo exemplo exhortatur, Nam Luca 4. numero 16. Traditus est illi liber Isaia Prophetæ. De sacris quoque textus disputat Dominus Magister, Matth. 12. numero 29. Eratis nescientes Scripturas. Et de sacris libris est illud, cap 21. numero 24. Nunquam legistis in Scripturis, & sæpè alibi.

De Daniele ac focis suis ait sacer textus Daniel 2. numero 37. Pueris dedit Deus scientiam & disciplinam, in omni libro, & sapientiam. Et adhuc tamen Daniel Ieremiam tenebat manibus, & quæ inibi erant Dei oracula, meditabatur, rimabatur labore assiduo; ait ipse cap. 9. numero 2. Ego Daniel intellexi, in libris numerum amorum, de quo factus est sermo ad Ieremiam. Mirabitur sanè quis, cur tantus Vates à deo maximè illuminatus evolvat Codices scholæ propheticæ; si à supremo lumine tantòque erat illustratus, cur adhuc sic prælegit Ieremiam Prophetam? Ut nobis sit in exemplum & documentum, quod quamvis quis multum sciat de sacris literis, adhuc maximè est ei in cumbendum in studio, ut plus sapiat, & penetret, cum inextinguibile sit lumen illius. Lyranus ibi. Sed per hoc quod Daniel sit perfectus studebat libris Ieremie, ostenditur quod Episcopus quantumcumque literatus, debet studere libris sacra Scriptura.

Tam præclara est lectio sacræ Scripturæ, ut ad eius comparationem omnia prophana scripta evanescant, & dispareant. dicebat Psalmodigraphus 136. numero 9. Absorpti sunt iuxta petram iudices eorum. Quinam iudices sunt isti, qui absorbentur, & disparent iuxta petram? & quæ petra ista, quæ sic omnes antiquos iudices peremit ac consumpsit? Petra ista Christus est ad cuius intuitum, omnes iudices, sapientes nempe antiqui, ut Philosophi, ac Rhetores cum omnibus suis dogmatibus, ac doctrinis contemnendi sunt, omnium sapientum placita absorbentur; si ponantur iuxta ea, quæ ex ore Dei sacra Pagina, vocet Palchidè Divus Augustinus ibi. Quid est, absorpti sunt iuxta petram? Petra autem erat Christus. Absorpti sunt iuxta petram. Iuxta, id est, comparati iudices magni, potentes, docti. Ipsi dicuntur iudices eorum tantquam judicantes de moribus & sententiam proferebant. Dixit hoc Aristoteles. Adijunge illum petra, & absorptus est. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc Plato. Adijunge illos petra, comparati auctoritati Evangelicæ. Ergo absorpti iuxta petram iudices eorum.

QUESTIO XIX.

Quare non exprimitur, sed tantum supponitur, quod Divinus Agnus aperiens librum, illius doctrinam nos docuit & illuminavit?

Acceptit Divinus agnus à dextera Dei sedentis librum, ut explicat Ammonius in Carena Græca, quia Christus Dominus in primo instanti suæ conceptionis à Patre accepit omnem cognitionem futurorum, ut ipse dixit Ioan. 7. n. 16. Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me Patris.

Acceptit Divinus Agnus librum, solvit ejus signacula, illiusque doctrinam nos docet illaque nos illuminavit hic omnes Interpretes advertunt; & maximè notandum, quod in hoc consensu aderant seniores, & Christus Dominus sub juvenili ac puerili specie; Agni nempe, & tamen nullus ex senioribus audeat extendere manum ad librum, illumque aperire, nullusque se offerat ad illius sacramenta propalanda, sed omnes prompto animo expectant, ut à juvenulo instruantur ac illuminentur: ut hoc magnum nobis sit documentum, quod nullus etiam senili ætate confusus audeat manum levare ad ea quæ non capit, sed prompto ac submisso animo sit præparatus in magnis edoceri ab illo, qui potens sit illa explanare, sive puer sive adolescens, sive senex provectus ætate existat, ut ex D. Ambr. tom. 4. in Evang. c. 1. q. 8. n. 44.

Quæstio tamen principaliter inquit, cur Ioannes, ait quod celestis Agnus aperuit librum, cur ultra non progreditur, sed solum stit in libri apertione? Cur non explicat, quod Agnus aperiens librum, illius sacramenta agnovit, contentaque in libro alios docuit, & quæ aliis communicavit? Rectè tamen hoc supponitur, quia idem fuit, quod Agnus aperiret sibi librum, ut talem cognitionem ut homo à deo Patre acciperet, ac ut aliis communicaret; non enim satis est aliquid scire nisi & tuæ scientiæ alios participes facias. Hoc vult dicere Albertus Magnus in præfati: Acceptit in quantum homo librum, id est Scripturam ad sciendum, & aliis aperiendum.

De extremo die iudicii ait Christus D. Matth. 24. num. 36. De die enim illa & hora nemo scit, neque Angeli caelorum, nisi solus Pater. Sed ut alii ut D. Marcus 13. num. 31. Neque Angeli in celo, neque filius, nisi solus Pater. Patens & manifestum est omnibus, quod Iesus verus Dei filius, verusque vivorum ac mortuorum iudex, evidenter sciat diem, horam ac articulum finalis diei, cur ergo modò dicitur, quod scientia talis diei neque sit in Angelis, neque in filio ut exprimit Divus Marcus, sed quod solum eam Pater teneat? Si filius optimè illum diem agnoscit, quæ consequentia huiusmodi scientia de eo negatur? Solus Pater ita illum diem scit ut illius scientiam filio deat, & communicet; filius autè sic illam accipit à Patre, ut nulli alteri eam communicet; & inde merito affirmatur, quod talis agnitio in eo non sit, à quo in alios non derivatur

Ammonius

Ioan. 7.

165.

Nullus ætate confusus se intromittat ad ea, quæ non capit.

Non satis esse aliquid scire, nisi & aliis illud communices.

Alb. Magn.

Matth. 24.

Marc. 13.

Scientia, quæ non communicatur, nulla censetur.

EXPOSITIO VIII.



U M aperuisset librum. Liber iste apertus non potuit, nisi sigillis referatis; illa autem non dicuntur referata, nisi inferius à cap. 6. quomodo ergo hic dicitur librum aperuisse, multi dicunt hoc esse prolepsin, sive per anticipationem dictum; sed hoc non stat, nam hic narratur, quod seniores dederint laudem Deo pro libro aperto. Alcazar ait librum sapius ab Agno fuisse apertum. Ferrarius ponit duas libri apertiones. Una est quantum ad mysteria vitæ Agni, alia quantum ad futura, sed hic liber est Apocalypsis, qui totus agit de futuris eventibus.

Dicendum est enim cum Recentioribus, cum aperuisset, non significare actum consummatum, sed solum inchoatum, nam sensum librum aperuit; cum ergo cepisset primum sigillum aperire, quamvis si sigillata adhuc non referasset tunc seniores prorumpunt in laudes ex primo sigillo, ac si totum opus esset consummatum, inferunt. Nam cum viderunt seniores Agnum mittere manum ad librum, statim librum apertum esse judicaverunt, sic unus ex eis dixit Joanni. Vicit Leo, de tribus Juda aperire librum. Et pro hac re maximè facit, quia multi ex Græco pro aperuisse legunt accepisset.

Quatuor animalia, & c. ceci derunt coram Agno. Agnoscentes, & venerantes eius potestatem, & excellentiam; & iustè illi esse datam proficientes: Habentes singuli; tam scilicet seniores, quam animalia, ut est probabile de quo quæst. 21. tenebant cytharas sinistra, quas dextera pullabant, quo symbolo adumbratur perpetuum Beatorum gaudium, & jubilæum, ac continua Dei laudatio uno consono ore, ac animo. Et phialas aureas, Alludit ad illas, quæ erant in Salomonico altari thimiamatis, in quo olim perpetuus Deo sufficit offerabatur, & quæ in præfati essent hæc odoramenta, statim explicat, quæ sunt orationes Sanctorum. De quo infra.

D. August.

168.

Ecccl. 41.

Lyran. Hugo. Sapientia qua non communicatur inveni.

Hildebert.

Proverb. 5.

derivatur, nec eis communicatur. Ingeniosè D. August. lib. 8; quæst. sic ait q. 60. cap. 4. Bene accipitur, ait, quod dictum est solum Patrem scire, secundum prædictum modum sciendi, quia facit filium scire, filius autem nescire dicitur, quia non facit scire hominem. Ubi scientia non effunditur in alios, non esse judicatur, & quantum quis sibi soli sciverit, inde merito putatur ignorare, cum sapientia ex communicatione solum censetur, agnoscat, & veneretur.

Sapientia, quæ foras non prodit, ac egreditur, vix talis æstimatur; ac quod sit, vix censetur. Ait Ecclesiast. 4. n. 17. Sapientia enim abscondita, & thesaurus invisus: quæ utilitas in utrisque ac si dicat, nulla, ut explicat Lyran. Hugo, & alii. Thesaurus absconditus nulli est utilis, sic & sapientia abscondita, & in animo retenta nulli proficit, nec ad alicujus utilitatem inservit. Ex quo eleganter Hildebertus Cænonianensis Episcopus admonet magistrum, ut sapientiam suam evalget, ac manifestet Epist. 1. sic ait. Denique sapientia abscondita, & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? Aurum melius dispersum rucilat, quam signatum. Nihil à vilibus saphis gemme differunt nisi in medium deducantur. Scientia quoque distributa suscipit incrementum; & avarum designata possessorem, nisi publicetur, elabitur. Noli ergo claudere rivus doctrine tue, sed iuxta Salomonem; Deriventur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis divide. Proverb. 5. num. 6.

Apoc. 5. n. 8. Et cum aperuisset librum; quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceci derunt coram Agno; habentes singuli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.

VERSIONES.

Syrus. Et cum accepisset librum, illa quatuor animalia, & illi viginti quatuor habentes unusquisque ex illis cytharam, & phialas aureas, plenas suffituum, quæ sunt preces Sanctorum.

D. August. Procidunt se coram Agno, Primasus, Prostraverunt se ante Agnum, habentes aureas cytharas, & phialas aureas plenas odoramentis Sanctorum.

Arabic. Venerunt animalia, & c. plenas incenso aromatico, quæ sunt orationes Sanctorum.

22. tabulæ. Prædicationes Sanctorum Apocalypsim. Tom. I.

QUESTIO XX.

Quare quatuor animalia, & seniores non antea, sed post apertum librum adorant agnum?

Valde mirum est, quandiu liber erat clausus, nec animalia, nec seniores cadunt coram Agno, sed postquam liber est apertus, quia ex apertione ipsius libri, maximè magnitudo, præstantia, & sublimitas Agni, illiusque amor, ac sollicitudo in Ecclesiam declarata est, ex cognitione nasci solet affectus tam adorationis, quam gratiarum actionis ac laudis. Bene ergo præmittitur Agnum aperuisse librum, & tunc securam adorationem animalium, & seniorum ac magnificam doxologiam.

Secundò, summa veneratione recolunt animalia

169.

Alcazar, Ferrar.

170.

171.

Ex cognitio- ne nascitur affectus adorationis

173.